

Incipit prologus sancti Hieronimi, cardinalis, p-  
siteri: in libros Vitaspatrum sanctorum Egiptiorum.  
etiam eorum qui in Scythia Thebaida, atque Mesopo-  
tamia morati sunt: non solum quos oculis vidit, maxi-  
moque labore perspexit: verum et quae plura a fidedignis re-  
lata perscripsit notabili diligentia. Denique aliorum etiam  
autenticorum libellos, fideliter e greco in latinum trans-  
tulit: et ab alijs translata pro sui perfectione huic ope-  
ri inseruit.



**Benedictus deus qui vult  
omnes homines salvos**

fieri, et ad agnitionem veritatis venire, qui etiam no-  
strum iter direxerat ad egiptum et ostendit nobis mira-  
bilia magna ad posteritatis memoriam profutura, ex  
quibus non solum nobis causa salutis ostenditur: verum  
et historia salutaris atque ad doctrinam pietatis aptissi-  
ma conderet, que virtutis iter agere volentibus gesto-  
rum. Precedentium fide amplissimum tramitem pan-  
dat. Quis ad tantarum rerum narrationem minus ido-  
nei simus, nec dignum videatur ingentium rerum exi-  
guos ac paruos fieri auctores precelsasque virtutes hu-  
mili narrare sermone, tamen quoniam fratrum caritas eorum  
qui in monte sancto oliueti permanet, hoc a nobis fre-  
quenter exposcit: ut egiptiorum monachorum vitam, vir-  
tutesque animi, et cultum pietatis atque abstinentie ro-  
bur quod in eis coram vidimus explicemus: precibus ipso-  
rum qui hoc imperant adiuvandus me credens aggre-  
diar, non tam ex stilo laudem requireres quam ex narratio-  
ne rerum edificationem futuram legentibus speras, dum  
gestorum unusquisque inflamatus exemplis horrescere  
quidem seculi illecebras, sectari vero quietem et ad pie-  
tatis inuitat exercitia. Vidi ergo et vere vidi thesau-  
rum christi in humanis absconditum vasculis, queque the-  
saurum reptum nolui tanquam inuidus occultare: sed quae  
si per multis inuentum, proferre in medium, et facere com-  
munem: certus quod quanto plures ex eo fuerint ditati:  
tanto mihi amplius acquireret. Ego enim locupletior  
fiam cum aliorum salus ministerij mei fuerit quesita mer-  
cedonio. In principio ergo narrationis nostre adesse  
nobis precamur gratiam domini nostri ihesu christi: cuius virtute  
omnia hec pietatis exercitia: apud egipti monachos  
habent. Vidimus enim apud eos multos patres

celestem vitam in terra positos agentes: et novos quos-  
dam prophetas tam virtutibus animi quam vaticinandi of-  
ficio suscitatos, quibus ad testimonium meritorum nec si-  
gnorum quidem ac prodigiorum deerat efficacia. Et meri-  
to. Cur enim qui nihil terrenum nihil carnale cupiunt non  
accipiunt celestem potestatem? Nonnullos namque eorum ita  
ab omni malicia et cogitatione et suspitione vidimus alie-  
nos ut nec si aliquid mali adhuc gereret in seculo me-  
minissent. Tanta in eis erat tranquillitas animi tantus-  
que inoleverat eis bonitatis affectus: ut merito de eis  
dictum sit. Pax multa diligentibus nomen tuum domine  
Remanent autem per heremum dispersi et sepe cellulis: sed  
caritate conexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis  
ut silentij sui quietem et intentionem mentis divina se-  
ctantes, nec vox aliqua, nec occursum ullus, aut ser-  
mo aliquis ociosus obturbet. Intentis ergo in suo quis-  
que loco animis velut boni patres christi expectant ad-  
uentum. Aut tanquam miles patus in castris imperatoris  
presentiam, vel ut fideles serui aduentum domini susti-  
nent, libertatem sibi pariter et munera largitur. Om-  
nes ergo hi nullam cibi aut indumentum aut vilius horum  
solicitudinem gerunt. Sciunt enim quia scriptum est. Hec  
omnia gentes cogitant: ipsi vero iustitiam et regnum dei  
requirunt, et hec omnia per promissionem saluatoris ap-  
ponunt eis. Denique eorum plurimi forte si in aliquo  
necessarijs ad usus corporis eguerint, non ad humana  
profugia sed ad deum versi: et ab ipso tanquam a pre-  
sentes que poposcerint ilico consequuntur. Tanta  
namque in eis fides est, que etiam montibus ut transferantur:  
valeat imperare. Unde et nonnulli eorum irruptiones  
fluvij in pncipem vicinarum regionum concitatas  
orationibus represserunt, et pede incedentes alvei eius  
profunda digressi sunt, immanesque eius bestias peme-  
runt, et plurima atque immensa signa que a prophetis et  
apostolis antiquitus gesta fuerant consummarunt  
ut dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare mun-  
dum. Sed illud valde mirum est cum semper optima  
queque rara sint et difficilia: in illis tamen tanquam pa-  
riter convenisse ut et numero immensi sint et virtutibus  
incomparabiles. Sunt enim et alij in suburbanis locis  
alij per rura, plures autem et egregij per heremum disper-  
si: et velut quidam celestis exercitus in procinctu po-  
situs, atque in tabernaculis degens, ad obedientiam pre-  
ceptorum regi semper intentus, armis orationum pu-  
gnans, et scuto fidei ab inimico insidiante protectus,  
regnum sibi celeste perquirunt. Sunt ergo ornati moribus  
quieti, lenes, tranquilli, et caritatis vinculis velut qua-  
dam germanitate constricti. Ad emulationem vero  
virtutum, certamen ingens exercent et agones. Stu-  
det enim unusquisque clementior altero benignior, hic  
humilior, ille patientior inveniri. Siquis autem sapien-  
tior ceteris fuerit, hic ita communis erga omnes et medio-  
cris existit, ut per mandatum domini omnium minimus et om-  
nium servus esse videatur. Quia ergo dei munere donatus  
mihi est, et videre eos, et interesse conversationi eorum, et de  
singulis iam nunc que ad memoriam domini reducerit  
enarrare temptabo: ut hi qui non viderunt eos in cor-  
pore, opera eorum discerent, vitamque eorum perfectam lectionis  
indicio colligentes: ad emulationem sancti operis inuitentur,  
et perfecte patientie palmam requirant.

Explicit prologus.